

1155.
18. April. [10.] Modo igitur predicto IIIIX. calendas Maii¹ misera Terdonae civitas fuit sic capta et usque ad fundamenta nequitia Papiensium² dirruta. Qua ruina nec aduc satis satii et contenti, predicti Papienses, rege recedente, usque ad sextam feriam sequentis hebdomadae in ipsa perstiterunt³ postque turres, domos et menia dirruta ecclesias quoque et monasteria everterunt, sepulcraque etiam suffodiendo et omnia, quae ad cultum Dei pertinent, irrumpendo; nec nisi tota eversa recesserunt, licet rege precipiente ante iuramento firmassent nullam inferre laesionem eorum domibus vel rebus, quae infra ecclesias vel cimiteria ponerentur⁴, sed earum iura, tam civilia quam legalia, etiam in spiritualibus, modis omnibus defecerunt.

29. April. Tandem completa Papiensium malitia⁵, urbe diruta et tanta refocillati iniquitate VI. feria recesserunt. Pauperrima Terdonae civitas sic una die sabati tantum remansit absque habitatore⁶.
30. April.

[11.] Quid igitur amplius? tam dira et tam dura fuit crudelitas, quod ipsum celum atque profundum penetravit⁷ iniquitas. Crastina ergo die dominica^a, divina suffragante misericordia, in calendis Maii⁸ Terdonenses una cum Mediolanensibus in eandem civitatem sine dillatione^b sunt reversi.
1. Mai.

Qui Mediolanenses bonae amicitiae et fidei Terdonensium memoriam tenentes ac eorum calamitatum con dolentes, ne tam bonae urbis nomen deleteretur, sine mora

a) 'dominico' c. b) So Legē II; 'dilatione' Legē I.

1) S. oben S. 140 f. 2) Die sonst hier wörtlich übereinstimmende Chron. Derthonensis schreibt dafür 'vicinorum', s. oben S. 94. 122. 3) S. oben S. 119. 141 f. 4) Das wird nur hier überliefert; hinsichtlich der Häuser widerspricht die Angabe Otto Morenas. Doch vgl. G. Fed. in Lomb.: 'Data autem fiducia civibus et extraneis exeundi cum hiis que portare poterant, alii egressi sunt, alii remanserunt in maiori ecclesia' usw. S. oben S. 119. 122. 5) Vgl. Gen. 15, 16: 'necdum enim completae sunt iniquitates Amorrhæorum'; 1. Reg. 20, 7: 'scito, quia completa est malitia eius'; 1. Reg. 20, 9; 25, 17; Isai. 40, 2: 'quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius' (sc. Jerusalem). 6) Vgl. Jerem. 4, 7: 'civitates tuae vastabuntur, remanentes absque habitatore'. 7) Vgl. Eccli. 24, 8: 'Gyrum coeli circuivi sola et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi' (sc. sapientia); Hebr. 4, 14: 'Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit coelos, Iesum filium Dei'. 8) S. oben S. 142 Anm. 2.